

A qui nondum gradum Equeſtrem accepiſſent, ſeligi Regum & Reginarum inauguratione, & nuptiis ſolebant. Aliquando etiam cum eorum filii in Principes Vvalliar vel Duces inveſtrentur, aut militari bathoo cingerentur, plurimus adhibitis ceremoniis. Qui ad hunc ordinem ſuſcipiendum a Rege evocantur (nec hanc rem exquiſite perſequar) pridie quam creentur, heremiticam veſtem cinericiam, cum cucullo, pileolo lineo, & ocreas induti, ad ſacra devoti accedunt, ut militiam ſua quaſi Deo in primis militatari, auſpicentur; una cenant, ſingulique miniſtrant duo armigeri, & puer aſſecta: A coena in cubiculum ſe recipiunt, ubi paratur ſingulis lectulus cum vularis rubris armiſque ſuis gentilitiis affixis, & juxta vas balneariorum, linteis operum, in quo cum ſe Deo commendaverint, ſe ablunt, ut deinceps corpore animoque mundo eſſe admoneantur. Poſtridie deinde bene mane, inſtrumentorum muſicorum ſono excitantur, caſdemque veſtes induunt. Tunc Anglia Conſtabularius, Mareſcallus & alii, quos Rex conſtituit, ad eos accedunt, nominatim ſuo ordine evocant, & juſurandum proponunt: ſcilicet, ut Deum ante omnia colant, Eccleſiam defendant, Regem honorent, ejus jura propugnent, viduas, virgines, orphanos tueantur, & injuriam, quantum poterunt, propulent. Hac cum taſtis Evangeliiſ juraverint, ad ſacra matutina Regiſ muſicis & Heraldis praecentibus deducuntur, atque ab iſſdem in cubacula reducantur, ubi heremiticas veſtes exti, chlamydem holofericam, rutilo Martiſ fulgore relactentem, & galerum candidum, candidis plumis, ſuper pileum lineum induunt, chirothecas candido ſuſculo chlamydis colligunt. Equos ſella & ephippiis forteſis nigris albo interſtrictis, & Cruce frontiſ praefixa inſtructos, conſcendunt. Ante ſingulos ſuis aſſecta. Eques geſtat gladium capulo inaurato, ad quem dependent aurata calcaria, utriusque armigero obequantur. Hac pompa tubis ante clangentibus ad aulam regiam itur, ubi cum ad Regiſ praefentibus ad duobus ſenioribus Militibus deducuntur, Regiſ Camerario aſſecta bathuum cum gladio dependenti tradit: ille ſumma cum reverentia Regi, qui Militem tranſverſum eo cingit, jubetque, duos ſeniores Equites calcaria imponere, qui olim creandi militis genua, bene precantem, oſculari ſoliti. Jamque Milites creati, olim Regiſ menſe ſercula inſerebant, inde omnes una prandent, ad idem menſe lanus aſſidentes, ſub Cuno cujuſque clypeo gentilitio affixo. Ad preces veſperinas ſacellum aedeum, gladios ad Altare offerunt, datoque pretio redimunt. Reduentes vero primarius Regiſ coquus, oſtenſio cultro, ut ſe probos & fideles praefent Milites, admonet, alioquin ſe calcaria ignominioſe abſciſurum. Die autem Coronationis in pompa ſuo loco Regem comitantur gladio accincti, calcaribus induti, chlamyde cerulea, Joviſ ſcilicet aequi colore, amicti, & nodo ex albo ſerico in formam crucis efformato, cum capito ad humerum ſiniſtrum. Ita ſere Guilielmus Candenus in deſcriptione Britannie. Hujus autem inſtituti Equites pro teſſera ſolent tres aureas coronas in orbicello aureo expreſſas, addita hac circumſcriptione, Tria in unum, laciniaque ex byſſo Tyrii coloris appenſas, praeferre.

ORDO EQUITUM STELLAE IN REGNO GALLIAE.

JOANNES VALESTUS Gallorum Rex, praetio Pictaviensis, ſua & Regni calamitate noſtiſſimus, Epiphaniae, ſeu Stellae Equitum Sodalitium Anno 1352. menſe Octobri auſpicatus eſt, Sodalitaeque dicti ſuere D. Virginis de nobili domo D. Audoceni. Ita enim vocabatur caſtrum illud, quod plus minus duobus millibus abest ab urbe Parieſiſ, palatii Clidiani nomine olim appellatum, ubi ſedes primaria Ordinis conſtituta, aedeſque ſacrae Equitibus cum omnibus publicatis bonis, & ſportulis futuris attributa. Proceribus Ordiniſ initiatis ſignum ſtellae collari aureo, (quali Joannes Aurelianenſis, primus Comes Dunenſis, filius Ludovici Ducis, Caroli VI fratris, in palatio Longovalorum Principum inſignitus conſpicitur) appenſum, ſeu togae capito locove conſpicabiliſſori praefereſt eſt datum, addito ſymbolo, *Monſtrant Regibus aſtraviam*. Unde tam honorificam ſtellae celebratam. credibile eſt ortam fuiſſe a commemoratione divini illius ſyſteris, non fabuloſi illius Tyndaridum, ſed novi illius, & ut Theologi volunt, recens cum Christo nato ad cunas ejus illuſtrandas creati, quod Magos ab Oriente, praeviſi duci inſtar, in partuſ locum nati filii Dei perduxit. At multitudine gregariorum, qui falſis titulis irreplebant, cum viſcere paulatim hic Ordo cepiſſet,

ſer, & Carolus Joannis filius palatii cuſtodiſ ſignum illud deſerendum tradidit: (ita ſere res humane a proclero initio degenere conſueverunt) in ejus locum D. Michaelis Ordo, quod Gallia peculiari tutela gentium illum cuſtodem imperii ſui agnoſcat, ſuſſectus eſt. Stella poſt inſignia, ut ea Equites deſerere ſolent, nec non vaſis Lilorum, Canis, Galli, Draconis praecipiti, Coronae ſpicae, Hyſtris, Leonis alari (qui Venetorum Equitum teſſera eſt) alibi exprimitur.

ORDO EQUITUM ANNUNTIATIONIS ANGELICAE APUD SABAUDOS.

Equeſtri Ordini Annuntiatorio magnificum nomen ex ſuo ab ſe inſtituto fecit *Amadeus VI Sabaudia Comes*; idque in honorem Angelicae Annuntiationis, ut meminit *Hier. Ruſſellus in Emblemate*. Quem inſigniri voluit auro torque, ſigillata collaris canis Alam (ut diploma inſtitutionis, ſue confirmationis anni 1409. ad Franciſco Sanſovino citatum docet) efformato, ex quo laciniae, ſeu laminae quatuor arenulis aureis connexae pendentes, nodis inſuper Sabaudicis, quos ab amoribus nuncupant, ſubtilibus, & arte implexis, quatuor literariorum characteres FERT, aequae diſtante inferos referent, imagine, & hiſtoria Virginis Mariae ab Angelo ſalutatae (quae ſodalitio nomen dedit) adpenſa. Quo quidem Elogio magnitudinem gloriae Amadeo magno primo Sabaudiae Comitiſ patrae, ſymbolumque, Fortitudo ejus Rhodum tenuit, a Rhodiſi urbe Turcis erepta, ſeu deſena, Chriſtoque adſerta, haec, explicati Sabaudici annales teſtantur. Ab ejus enim tempore, ut ex iſſdem patet, Sabaudiae inſignia, quae eadem & imperiiſ erant (Saxoniae ducum, ex quibus Sabaudici proceres orti, inſignibus haecenus inſerſtricta) ſeruo Equitum Jerololymitanorum S. Joannis, cruce ſcilicet argentea in rubri coloris clypeo, ipſis petentibus equitibus (qui Rhodo inſula ab Imp. Conſtantinopolitano tunc donati, Rhodiſi poſt Equites dicti ſuere) in navata virtutis praemium ſive decora, & Sabaudiae ſuſſectoribus Regibus, cum quadriliterario ſymbolo FERT, exinde propria manſere. Hujus poſt militiae ſedem idem Amadeus in Petra Caſtella conſtituit, ibique anniverſarium, & ceremonias novis Equitibus a Principe eligendis, ſeſto Annuntiationis Deiparae die, celebrari voluit; legibus itidem ab Amadeo primo Sabaudiae Duce poſtmodum auctis, juxta tabulas ea de re anno 1434. conſcriptas. Igitur & auctor ipſe tabulas hujus ſodalitii auſpicis in equeſtrem catalogum ſe nuncupans, alios quatuordecim primis nobilitatis viros, quibus ipſe praefideret, in honorem X. V. myſteriorum ſacraſſimae Virginis connumeravit, ſtatuaque variis inſcripta libellis, quae a Franciſco Sanſovino in Originibus recitantur, una cum torque ſingulis donari juſſit. Primique praeter Ordinis conditorum, commilitones ſuere Amadeus Genevae Comes, Antonius Beavienſis, Hugo Chaloniſ Aſtajiſ regulus, Almondus Genevenſis, Joannes Viennenſis Franciae Archithalaſtus, Guil. Granſoniſ, Guil. Chaloniſ, Rolandus Verſijus Borboniſ, Stephanus Baumeeſ notuus, Gaſpar Mommeſentius, Barleus Forſaliſ, Theunardus Mentthonus, Amadeus Bonnardus, & Richardus Muſar.

ORDO EQUITUM VELLERIS AUREI APUD BURGUNDOS ET AULTRICOS.

PHILIPPUS cognomento Bonus, Dux Burgundiae, jure meritoſiſſimo auctor magnitudinis Burgundiae, imperique Belgici conditor nuncupatus, praeter varias virtutes, quae illum Principem exornabant, quaeque Boni nomen vivo, mortuorumque dederunt, tum iis rationibus ſer ſuas tuebatur, ut opes ſine ſubditorum injuria ampliffimas ſibi compararet, iis ſplendidiffime ad retinendas hominum voluntates, legatis ſuſcipiendis, peregriniſ Principibus ſublevandis, amicis colendis, ludis conviviiſſis magna cum laude uteretur. Eo in genere ſuit hoc auguſtiſſimum Aurei Velleris collegium, quod ſuis cum Eliſabetha Joannis Luſitaniae Regiſ filia nuptiis, menſe Januario, Anno 1430. Brugis Flandrorum inſtituit, propter amorem (ut ait in diplomate ea de re condito, & a Pont. Heutero *Reverum Burgund. lib. 4.* & Florentio *Haxo de initiis Tumultuum Belgic. lib. 1.* recitato) erga nobilem ſtatuum & ordinem dignitatis Equeſtris, ad gloriam Omnipotentis Creatoris & Redemptoris, laudemque Virginis ejus matris &

A & ad honorem Domini S. Andreae glorioſi Apoſtoli, & martyris, ad exaltationem fidelis, & ſanctae Eccleſiae, & excitationem virtutum, & bonorum morum. Exemplo utique Gedeonis fortiffimi Iſraelitarum Ducis, cujus hiſtoriam de vellere ſiccio, rorulentoque de ſpectaſſe inuit Philippus, repetitumque illis antequiſſimis (qui ab ejus uſque aetate in Ordinis hujus auſtinetariis, & B. Andreae Apoſtoliſeſto die, in ſacello Principum Belgii ſpectantibus exhiberi ſolent) poſteritati teſtatum reliquit. Et ſunt, qui Cryſomalli, ſive aurei velleris inſigne inſtitutum jam olim in ſacra Thebaorum Legione floruiſſe contendunt. In hoc poſt ſodalitio viros nobiles, vita, nomine, armiſque, ut loquitur Ordinis praefes, irreprehenſibiles purpuratos accenſur, quorum ipſe atque ſuſſectores coryphaei eſſent quibus ſingulis togam coccineam laneam (quam filius Carolus Audax Velencenſibus comitiſ in holofericam commutavit) & aureum torque, inſerito paterno emblemate, ignitabili ſcimillis ex ſilice extundentis, ſpecioſum attribuit, unde vellus aureum dependet, poſt enſuſque mortem rediens ad collegium, utrali bene merito offeratur. Quem torqueum Claudiſ Paradiſum ita quidem eſt interpretatur, ut ſilicibus fetore adſcriberet: Ante fert, quam flamma micet; Velleri: Pretium non vile laboris. Quatuor prima dignitatis officiarum, Cancellarius, Theſaurarius, Rex armorum, & Scriba, collegio ſubminiſtrant.

In quo, hujus Ordinis Equitum ex prelio illicite fugae, caeteraque crimina, ac ſi quae inter ipſos ſunt diſſenſiones, dijudicantur, abſque provocacione. Illo rerum bene geſtatum nobiliſ praemio, & gerendarum inclementum ſplenduerunt omnium primis, praeter Philippum collegiiſ caput, auctoremque proceres, haec cognomentaſ dynaſtiaeque, & hac ſerie: Guilielmus Viennius S. Georgii & S. Crucis Dominus, Reynerus Potius Dominus Rochenſis, Joannes Robaſſi Dominus, Rolandus Vulkereanus, Hemſfordenſis, & Herſtallenſis, Antonius Vergijus S. Martini Comes, David Brimeus Lignienſis Dominus, Hugo Lanoijus Santeſis, Joannes Comitiſ Dominus, Antonius Tholongionus, Tranenſis, Burgundiae Mareſcallus, Petrus Luxemburgus S. Pauli Comes, Joannes Trimoſius Lonvellenſis Dominus, Guilbertus Lanojus Villervallenſis, Joan. Luxemburg. Lignij Comes: Joannes Vivelius Liladamenſis Dominus, Antonius Croj, & Renti Dominus, Florimundus Brimeus, Maſincartius: Robertus Meſſence Dominus, Jacobus Brimeus Grinyenſis, Baldunus Lanojus Molenbalenſis, Petrus Beffronmontius Charnyſenſis, Philippus Tervantiſ Dominus, Joannes Croijus, Toarenſis ad Marnam fluvium, Joannes Crequiſ Dominus, Joannes Neuſchaffugellus Montis acuti Dominus. Enimvero initio Philippus Brugae aurei Velleris collegio hos XXV. inſeruit, ſequae annumerans, deinde tertio poſt anno, Divione, xxxv. Equites ad expendum numerum juxta formulam primaſ inſtitutionis. At Carolus poſtea V. eo nomine Caſar, ob varias provincias, & regna quae poſſidebat, non 1516. Ordinis Comitiſ Bruſſelae celebratis, numerum unius, & quinquaginta Equitum eſſe voluit. Sive itaque hoc Philippiſ ſuſſit conſtitutum, Vellus Gedeonis praee oculis habentis; ſive ad ſplendorem, quem ſpectabat, accommodat, quodam, ut Jupiter, ſic majorum gentium Deos, quibus imperaret, habere cupiebat: ſive contra Gallos novis ſe ſocietatis atque amicitias firmaret: ſive Jaloniſ exemplo Argonautas legeret, quibuſcumque ut ille in Colchida Velleris rapiendi ergo ad Aetern, ſic in Syriam in Turcas proficereſceret: ſive quae alia ſunt hujus conſiliiſ ratio, magno hominum applauſu ſer eſt excepta, multaque ad Ordinem honeſtandum decora ſunt adhibita. Quibus rebus id eſt effectum, ut magna omnium admiratione Ordo coleretur, ſapientique a Philippo, inde a Carolo Senatus novi Ordinis haberetur. Carolo mortuo, cum in gentem peregrinam Maria matrimonio ſer tranſiſſet, tum in hominum ſermonibus eſt queſitum, ad Archiducem, nam ad Ludovicum XI. jus Collegiiſ tranſiſſiſſet. Jam enim Burgundiae Ducatum Ludovicus occuparat, nec niſi ad Burgundiae Ducem, juxta inſtitutionem, ſerpetare ea ſocietas dicebatur. Maximilianus contra injuria auſerſi ſibi eum ducatum querebatur. Ne itaque exiſtentionis apud ſubditos naufragium faceret, hujus ſe collegiiſ principem Maximilianum proſeſſus eſt, Crevecutum, Portumque, quod Maria delecta, ad Ludovicum tranſiſſent, auri velleris inſigne adempto, inſamiaeque damnatos Senatuſ movit, novoque in eum Ordinem equites ſubrogavit. Atque adeo Maximilianus exemplum ſeruit Aquitania ſuſſectores, hoc inaurati Velleris inſtitutum ſapientis hodieque frequentant, poſtremoque Ordinis conventu, ſeu Capitulo, ut loquitur Gandaviſ habito, Philippo II. Hiſpaniarum Regi Ordinis Prin-

cipi, auctoritate Summi Pontificis Gregorii XIII. & Philippo E. Tertio, conceſſione Clementis Octavi, ſaculus facta eſt, Equites (qui ſere ex primariis ditionum ſuarum proceribus ſelecti, & quos vulgo in Hiſpania Grandes vocant, quod teſto capite ſingulari honoris prerogativa coram Rege apparere juſt eſt) etiam extra Capitulum adlegendi, aliaque multa pro arbitrio ordinandi, non obſtantibus conditionum capitibus, quibus dicti Ordinis princeps, equiteſque obligantur: quae ſunt num. 94. & quoniam ubique obvia apud Principes, alioſque dignitatis Equeſtris peramantes, ad eoque apud nobiliſ virum Henricum Halmaſium antiquae ſurpis Equitem Antverp. ſapienter vidimus, ſtudio omiſi, ne prolixitate rei lector obtunderetur: caetera nempe apud auctores copioſiſſimam paſſim inventurus, Guilielmum in primis Filatrium Episcopum Tornaceniſ, Joannem Functum hujus Ordinis Cancellarios, Joannem Meyerum, Franc. Garduinum, Alvarum Gomezium de Mendoza, Alonſum de S. Cruce Cosmographum regium, Franciscum Sanſovinum, ſtatuta Ordinis Aurei Velleris Garteri, S. Michaelis, Annuntiationis, Bandae, caeterorumque ex Autographis recitantem; Franciscum Guicciardinum, qui ſeriem Equitum ad noſtra uſque tempora enumerat: nec non Guilielmum Mennentium Franciſci patrem, qui de hoc Ordine opus edidit ſingulari, & illuſtriffimo Principi Carolo Duci Arſchotano, & Crojo inſcripſit.

EQUITES CYGNI.

RICHARDUS V. Vaſſeburgeniſ, in antiquitatibus Belgicis, meminit vetuſtiſſimae militiae Cygni nomine illuſtratiſ, per Salviuum Brabonem (a quo Brabantium dictam voluit nonnulli) excitatae, quod Ordinis ſui commilitonibus ejus alius inſigne, in concordiae & ſocietatis firmiſſimae ſymbolum attribuerit.

ORDO EQUITUM HYSTRICIS, APUD AURELIANENSES.

CAROLUS Dux Aurelianenſis, & Rex Franciae eo nomine VI. imitatione, ſive emulatione Philip. Ducis Burgundiae, Ordinem inſtituit Hyſtriciſ, in quem genere & factis nobiliſſimos adlegens proceres, bathoe equeſtriſ aureo cum Hyſtrice, & ſymbolo, *Cominus, & Eminus*, ut tradit Paulus Jovius, *In ſymbola Heroicis*, inſcripto, perloſque condecoravit. Enguerrandus etiam Monſtreletus narrat, Philippum Burgundiae Ducem menſe Nov. 1440. Ordinis ſui ſignum Carolo Aurelianenſi ex Anglia reſerſiſ (ubi captivus fuerat, per annos 25.) tradidiſſe, cum Mariam Cluveniſem Ducis Burgundiae materem duxiſſet recens, & viciffim Aurelianenſem, monile ſui Ordinis, ubi erat Hyſtrix, illius collo indidiſſe. Ludovicus deinde ejus fratres Gallorum Rex XIII. uti Dux haereditarius Aurelianenſis, ac proinde Bloſtorum Comes, ſymbolum hoc *Plus avos Troja*, ab Hyſtrice, cui corona ſuperimpoſita erat, ſibi aduſumſit, & numiſmata Regia Hyſtricem paſſim inſculptam praefereunt, quae & una cum lupi conſpectu eſſigie, vetus Bloſtorum civitas inſignia ſua antiquitus figurare ſolita eſt. Viſitur hoc animal plerique lapidibus, ac porticibus inſculptum, quod natura tam ſtudioſe armis inſtruxit, ut provocantes cominus, & eminus arceat, praefertim adverſum canes aculeos ſuos, ſagittarum violentarum inſtar, ejaculans. Hujus ſymboli interpretationem (quam Ordinis fundator ſequutus eſt) declarant magnificentiſſimae cujuſdam lapidis in illa civitate ades, ad quarum frontipitium ſub Hyſtrice civis inſculpta diſtichon adſcriptum eſt:

*Spicula ſunt humiliſ pax haec, ſed bella ſuperbo: Et vita ex noſtra vulnere namque venit.*

Quod quidem & in Erynaceo, ſive Echino (ex cujus genere Hyſtrix apud Plinium numeratur) ſignificatum ejus hominibus videtur dictus Carolus, ut per Hieroglyphicum amulnemen ab inſidiis, periculis, ac enſuſcumque fortunaſ caſibus tutum oſtendat. Si quidem is periculis ſerarum ſe impetentium odorem, utaque munus, ſimalatque ſerarum ſe impetentium odorem, latratumve ſerſerit, in orbem ſele colligit, pedibutque intrinſecus teſtudinis more contractis, tergore omni pile inſtar conglobato, ſpinique, quibus undecunqum manibus eſt, ad incoſumitatem crectis, octatur, contactum ſuum omnibus formidabilem reddens.

A ORDO EQUITUM CARDUI B. VIRGINIS MARLE APUD BORBONIOS.

Ludovicus Secundus, Borboniorum Dux, cognomento Bonus, Petri Primi, qui in prælio Pictavienſi sub Joanne Gallorum Rege cecidit, filius: postquam operam suam difficillimi regni temporibus eidem Joanni, Carolo Quinto, & Sexto, Regibus, contra Anglos alioque regni potentissimos hostes probasset, exercitum in Africam pro Christi fide duxisset; exarſit Aurelianensium & Burgundionum in Gallia factionibus, quibus regnum penè pessumdatum est, cum familia Burgundica Velleris auri inſigne, Aurelianensis verò Hyltricis erexisset: ipse, quò potentiam suam Majorum, & propria virtute quaſitam, in auxilium pupillorum Caroli Ducis Aurelianensis, Philippi Comitiss Eboracensis, & Joannis Angolismorum Comitiss contra Burgundum, ob necem nepotis sui Ludovici Ducis Aurelianensis, firmaret, Ordinem Equeſtrem Cardui D. Virginis inſtauravit. Collare aureum, sive argenteum ex liliis, & quatuor foliis, aut floribus cardui, Cruce in eodem ſtatuentibus, cum inſcriptione Esperance, ornamento datum: iis nimirum, qui ob egregia in Borbonium nomen merita, illuſtris haberentur; cujus Sodalitii coriſphem, & caput, Dux ipse se nuncupavit, digtuoque baltheo arma gentilitia in campo argenteo, & rubro inſignivit, qualia antiquis regum ſectarum aulæ inſerta, in oppido Claramontano, quod Comitatus nomen Borbonie genti dedit, exhiberi teſtatur Petrus Belojus: innumeris ſcilicet liliis cum filo illo, uti ſolet, & dicto Spei ſymbolo reſperſa. Omnes enim Francorum, Burgundionum, Auſtraſianorum, Germanorum, ceterique ex Franco ſanguine Principes cyaneo in clypeo liliis, indefinito numero, pro inſigni uſi fuere, uſque ad Caroli VI. tempora, qui primus, uti Genebrardo placet, tria tantummodo lilia in ſcuto expreſſit: quod & alii Regii ſtemmatis Principes exinde imitati. Eodem torquis inſigni, & Ratiſinienſium Dominorum, qui Borboniorum Principum ſummis veneratores ſemper habiti, arma exornata viſunt. Quo quidem Spei emblemate, carduis, & liliis adtextis, animi ſui magnitudinem contra omnes fortune impetus expreſſiſſe videtur Ordinis hujus conditor. Unicaulis enim Carduis ſimul ac ſcolymum in calyce apparuerit, ſorem purpureum mittit, inter medios aculeos celeriter caneſcentem, & abeuntem: cum aura perinde ac ſpes noſtra plurimum evaneſcent, ut minima quaque de cauſa homines plerumque concitantur. Nonnumquam tamen quedam animæ proficietis rudimenta indicant, cujus Hieroglyphici primas ſlos lili omnium conſenſu facile obtinet. Hic in antiquorum monumentis cum inſcriptione Spei, lili potius figuram, quam alterius cujuſquam ſloris ſpeciem offentat. Nam in nummo Imp. Alex. Pii Aug. ab altera facie Dea lilium dextera præterdit, cujus inſcriptio eſt: Spes publica. Eadem inſcriptio cum lilio manu Deæ præterito, in Imp. Amyliani nummis habetur. Nuſquam verò frequentius, neque maniſteſtius hæc lili facies pro ſpe ponitur, quam in Imp. Claudii P. L. in quibus Dea ipsa palam leva ſuſtinet, dextera liliam præterdit, cum inſcriptione, Spes publica: Et in T. I. Claudii nummis, eodem geſtu Dea, palla quippè ſublata, lilioque dextera porrecto, cum literis, Spes auguſta. Eodem ſtatu, habituque, in Hadriani nummo, Dea lilium præterdit, cum inſcriptione, Spes P. R. Quam quidem ſpem hodiè de Gallorum Rege Ludovico XIII. Borboniorum, & Gallici Imperii lilio auguſtiſſimo conceptam, moderante res Regina parente, exemplo Mammeæ ſub Alexandro: Helenæ, ſub Conſtantino: Biancæ, ſub S. Ludovico: qua pietate, & juſtitia, ac rara exterarum rerum felicitate, abundantia, & publica ſecuritate tempora ſua illuſtravit, feliciffimos Reip. Chriſtiane allaturam ſuceſſus, boni omnes augurantur: accedente maxime firmiſſimo conubiali, & amicitie vinculo. Quod veluti ſacrum, & indiſſolubile ab omni ævo inter Francorum, & Caſtellanorum Reges nodum, prædicat Philippus Comineus, lib. 2. cap. 8.

D ORDO EQUITUM CARDUI, ET RUTÆ S. ANDRÆE IN REGNO SCOTIÆ.

Reges Scotorum, ut ex factis ipſorum ſeriniſ loquitur Joannes Leſleus Epiſc. Roſſenſis l. 5. S. Andream Apoſt. regni tutelarem Divum janditum agnoveſcent: idque à temporibus Hungi Pictorum Regis, cui hoſtes oppugnato, ſcribam, lucidat. Cælo apparuiſſe Crucem, illius inſtar, in quam ipſe Apoſtoliſ ſubſtitus, pro Chriſti nomine mortem oppetit, victoriamque cæſo Athelſtano (nomen, pugna locus, hæc no-

ſtra ætate retinet, ab Anglorum eſſo Rege, Athelſtano dictus) E conſecutus, atque ut tanta victorie inmemor non nulla unquam veſtate deleteretur, effigiem illam Crucis in armis, & inſignibus eſſormata, contra hoſtes deinde geſſavit; quod & Scotiæ Reges in rei geſſe ſe etiamnum religioſè obſervant. Hinc originem traſiſſe creditur Ordo equeſtris S. Andree, Cardui titulo in Scotia nobilis: cujus inſigne, ſeu collare ex carduis conſecutum, præterunt gentilitia Regum arma, nummi- que, hoc addito elogio: *Nemo me impune læceſſit*. Aſperum quippè virgultum, & carduis, & aculeis armatum, & quod diſſiciliter manibus attrahere poſſis ſine doloris compunctione, quod frangas potius, quam minimum ſlectas. Fuit autem huic militia baltheus aureus ex floribus cardui, orbicellis aureis ſeu nodis rubefcentibus innexis, compoſitus, & inſra præferens imaginem S. Andree, martyrii Crucem decollatam ante ſe geſtantis. Inſigna verò, quæ dicto Baltheo ornantur, leonem rubeum, primum & antiquum Ferguſii Regis inſigne, prætexta cerulea duplici trachu rubeo, contropoſitis liliis conſtra, circumdata, in ſcutum aureo offentant: icturnque Caroli Magni ſædus cum Scotis, & Achajæ eorum Rege, quod in hunc uſque diem religioſè perdurat, conjunctis duorum Regum armis, indicant. Addiditille Carolus corona Scotiæ (quæ antiquiſſis forma erat valli militaris) circos quatuor lilia aurea, quatuor cum ſalutiferæ Crucis aureis ſignis, patribus intervallis diſcretis, liliis paulò eminentioribus: unde Scotiæ gentis, Chriſtiane Religionis, inviolatæque fidei obſervatio omnibus dignoſcitur. Inſtitutionem hujus Ordinis nonnulli referunt ad tempora Caroli Septimi Francorum Regis, quibus Scoticum ſædus ob egregiam deſperatis Franciæ robis navatum operam, Regumque Franciæ veterem, ac ſidam in omne Scotorum nomen benevolentiam, renovatam ſerunt, Scotiæque inſignia Gallicis aucta volunt; quod jam Carolo Magno obtinuiſſe, abundè nucleavimus.

Fuit & Regibus Scotiæ Sodalitium Equitum vulgò Sertum Rutæ nuncupatum, cujus inſigne, uti & Regiis armis circumvolutum viſitur, fuit torquis ex duobus rutæ ramulis, ſeu foliis innumeris, cui inferius effigies S. Andree cum Cruce annexa eſſet, fabricatus. Mirari itaque ſæpè ſubit, Joannem Leſleum diligenter alioquin rerum Scoticarum ſcriptorem nullam, aut exiguum harum inſtitutionum ſecille mentionem, Cum tamen Regum inſignia ab Achajo, uſque ad modernum Jacobum Sextum (qui Cardui ſorem cum Roſa Anglicana, id eſt, Scotiam cum Anglia ſub nomine Magnæ Britanniæ, uti in nummis ejus præterditur, conjunxit) Cardui floribus effigieque Andreea exornentur: Et Jacobus V. Scotorum Rex militia, & Religionis Catholice propugnator acerrimus, collari ex foliis Rutæ, ſeu Cardui conſecuto, & S. Andree imagine inſignito, conſpicuus quod eundem auctorem exhibeat. Quem quidem Regem alios quodque externos primoſque regi ſui nobiles, more inter Principes recepto, Andream ſuo inſigni cohoneltate, hæc dudò colligi licet ex eo, quod & ipſum potentiffimi quique Chriſtiani orbis Monarchæ, Carolus nempe V. Imp. Aurei Velleris, Francorum Rex Conchyliati Ordinis, Henricus Anglorum Rex Perſicididid, torque decorarint. Quorum Ordinum ſolemnis feſta ſtatid diebus Rex ipſe Jacobus pompe magna ſolemnitate obivit, in quibus quoque ſingulorum Ordinum inſignibus ſplendere voluit, ut ipſi Principes, à quorum benevolentia ipſa ornamenta manarant illa non malè collocata, ac quoquoque modo obſcurata, verum ipſius animi grata ſignificatione, pompe celebritate aucta, arbitrarerent. Cuius rei ut luculentius ſiguum toti poſteritati eluceſcat, inſignia Regia in porta Lithoceniſ palatii ſigenda, ſingulaque Ordinum ſingulorum, ſimul ac D. Andree ornamenta, quæ, ut dicto Leſleæ placet, ſunt Scotiæ gentis propria, exquilita artiſicij laude circumſpicanda curavit.

ORDO EQUITUM S. MARLE, SIVE ELEPHANTI IN REGNO DANIÆ.

Eſt in Dania, quæ veteribus Cymbrica Chetoneſtus dicta, Ordo militaris Elephanti Equitum, Divæ Virginid dicant, quibus pro teſſera eſt torquis aureus ex Elephanſ, Caſtella tergo ſerentibus, & calcariis, quæ Equitum proprie ſunt inſignia, interpoſitis connexus, & appenſi inferius effigie Dei Martis radiis ſolaribus circumdata, cui rursus orbicellus aureus tribus clavibus inſignis, certoque literario emblemate inſcriptus, ſymbola omnia Chriſtiane pietatis, & Equeſtris dignitatis annectuntur. Cuius quidem inſtituti leges, & à quo conditas, reſcire hæcenus non eſt datum. Vidimus ta-

Amen non raro Regum Danorum inſignia (quæ tres leones viridis coloris, Leopardos ſeciales nuncupant, in campo aureo lacrymis ſanguineis, ſeu cordibus humanis ſeminato, præferunt) ejuſmodi cingulo, ſeu torque, ut hic exhibemus, exornata, & apud amorum Reges tali facie inter Principum inſignia eſt reperire. Fecit & nobis copiam aurei nummi Franciſcus Bergius, vir munditie, & elegantie in omni vita aſſuetus, & inſigni numeroſo antiquorum ſuppellectile, aliſique præſi ævi monumentis inſtructus; quo in pulvere viri Principis, uti quondam Illuſtris Princeps Carolus Dux Crojui, & Arichotanus, & etiamnum nobiliſſimus vir Nicolaus Roccocius, non tam ſplendore natalium, quam conſulari Antverpiana in urbe dignitate, multique virtutibus clariffimus, aliſique deſidant heros. In cujus nummi antica parte videre licet effigiem moderni Regis Daniæ: cum hæc inſcriptione, *Chriſtianus IV. D. G. Dani. Nor. Va. Go. Rex*; præfert enim is in publicis tabulis, Dianiæ, Norvegiæ, Vvandalorum, & Gothorum Regis titulum: ab altera verò Dux Sleſi. Holſt. Storm. & Dimmar. Comes in Olde. & Delacui præter tredecim diverſorum regnorum, & principatum imperii Daniæ expreſſorum inſignia, inſunt arma gentilitia Daniæ cruci, cui Elephas ſubest, ſuperpoſita. Similique alius eſt nummus eadem ſerie, eſt mutato ordine, cum elephanſ caſtello onuſi ſymbolo, præferens inſignia; ex quibus conſtat, Ordinem elephanſi non inſimo apud Danos loco cenſeri, & parentem dicti Chriſtiani III. ejus conditorem aſſerunt. Huc facit & cujus Hieronymus Hennings meminit in Theatro ſuo genealogico, ubi inſignia regni Daniæ hoc ordine, & collari, quod Elephanſtem cum caſtro appenſum præterdit, condecorata, Chriſtiano IV. Regi conſecrat dedicatur. Nec mirum, Elephanſ ſymbolum à Regibus Daniæ huic Ordini cohoneltand aduſumptum, cum ſummis virtutibus nobile hoc animal ab antiquis prædicetur; & quod proximè ad humanam rationem accedat, fortitudine ſcilicet militari, prudentia, & fulcro imperiorum: Religione, quæ non niſi in hominem dicitur: clementia Regia, quæ Cæſarem Deorum adſcripſit numero, Auguſtum conſecravit Pio cognomentum dedit, clementis Imp. Maximino, Balbino, & Gordiano ſtatuas cum Elephanſis decrevit. Ad hæc Egyptii Regem per Elephanſi ſimulacrum intelligebant, non ea tamen de cauſa, quod cum gregatim ſemper ingrediantur, eis, qui maximis eſt natu, gregem ducit; quod in regibus eligendis multarum nationum, & gentium moſ fuit, ut id muneris ſenioribus demandaretur. Hinc apud Hebræos, Seniores apud Athenienſes, Palæologi apud Romanos, Seniores rerum habenas moderare ſoliti. Verum propterea, quod habet hoc animi regii peculiare, ut genua non ſlectat, adeo notabiliter ut animalia reliqua, calcaneum verò leviter incurvet: nam genua non ſlectere dubio procul offendiſſimum, ſupplicandum nodum non eſſe; ſlectere verò calcaneum, humanitatem, qua maxime præditus eſt, indicat.

ORDO EQUITUM LUSINIANORUM IN GALLIA.

Lufinianum nobile juxta, ac potens in Gallia oppidum, fabulique Meluſinæ à poetis Gallis decantatè notiſſimum, illuſtriſſimæ genti (quæ tot Reges, ac Principes orbi Chriſtiano, Hieroſolymis ſcilicet, Armeniæ, ac Cypro denique protulit) nomen dedit, ut prodit in Hiſtoriis *Jac. Auguſtini Thuanus*. Hujus familiae auſpicis (à quo Principe, aut tempore nondum comperi) initium datum tradunt nobiliſſimæ militia, ſeu ſodalitio Equeſtri, *Cypri* nomine nuncupato. Fuitque ei pro inſigni collare, ſeu baltheus equeſtris, aureis literis majusculis S. exornatus, inſerentibus laciniis aureis, quibus inferne appendebat gladius lamina argentea, capuloque aureo inſignitus, & in gymrium circumplexum ſymbolum Gallicum, *Parr loyante mainrenis*: ac ſi conditor illius innuere veller, pro fide ſervanda nullum inter commilitones generoſi animi officium prætermittendum eſſe, adeoque gladio vindicandum; pro literam autem S. quæ ſileſti apud Romanos nota fuit, ſecretum ſocietatis, & amicitie ſimulacrum; individuatque pro patria deſenſione ſocietatem denotari. Tali autem baltheo exornata viſuntur gentilitia Luſinianorum arma, quæ quadripartita, regni Hieroſolymitanæ, Cypri, Armeniæ, & Luſitanæ familiaris inſignibus interſtinctæ. *ſ. VI. de Srephanum Luſinianum*, qui 67. familiarum, ſurpe Luſiniana deſcendentium, genealogiam concinnavit.

E ORDO MILITARIS COLUMBÆ, ET RATIONIS APUD CASTELLANOS.

JOANNES I. Caſtellæ Rex, quo auctore apud Hiſpanos ſupputandi ratio (eam quam Erant Domini, aut Erant Cæſaris ab Octaviani Auguſti ætate, tum in hiſtoria, auctionum ſormulis, atque præſcis conventuum Eccleſiaſticorum actis: tum privatim in ſermone familiari dicere conſueverunt) an. falutis 138. antiquata eſt, atque ad Chriſti ortum revocata, quod paulò ante fecerant, anno 1358. Valentini. Non multo poſt imitati ſunt, anno 1485. Luſitani exemplo alearum provincialium, uti Juſtiniani Imp. ætate, Dionyſius Abbas Romanus, ſublatis aliis ſuppurandi rationibus, excogitaſſe primus atque inveniſſe in Remp. Chriſtianam memoratur. Is, inquam, Joannes, paulò antè vitæ ſinem, anno 1390. inſigne equeſtre excogitarat, Columbæ effigiem ex aureo torque radiis ſolaribus diſtincto, pendentem, nobilibus, aliſique proceribus ad præclara facinora Henrici Secundi, avi exemplo, honoris ſpecie objecta, incitamentum. Cujus generis plura collaria Segobiæ ipſo D. Jacobi feſto die, in ubis templo majori ſolemni ritu ex Altari arripiens, inter Equites diſtribuit, ſimul & librum Conſtitutionum, quibus ſinguli adſtricti eſſent, exhibuit.

Inſuper & aliud honoris inſigne, cui Rationis nomen dedit, armigeris, & minoris notæ nobilibus, qui in haſtudiis aliſique bellicis exercitiis ſtrenuè ſeſe geſſiſſent, certa hinc gloriæ reportanda ex re fortiter geſſa, hinc benevolentia, gratia, ac munificentia à Principe conſequenda ſpe, promerendum propofuit. Verum morte ejus intempeltiva, quæ in eundem annum incidit, ut *Joannes Mariana* l. 8. c. 13. *ſ. Hieron. Romani* l. 7. de Rep. tradunt, res, priuſquam ſtabilerent, evanuit.

MILITIA ORDINIS DRACONICI IN GERMANIA ET HUNGARIA, TUSINI IN BOHEMIA, DISCIPLINATUM IN AUSTRIA.

Post Carolum Magnum, qui Imperium Occidentale maxima nominis Chriſtiani gloria reſtauravit, & in Regum Franciæ familia primò fundatum; ad Germanos, atque ad Saxones, quod à Regibus Francorum originem ducerent, tranſtulit; id ruruſum Luxemburgi ſumma virtute Principis, per domeſticas calamitates debilitatum, exeretunt, priſtinaque majeltatem reddiderunt: Henricus nempe Septimus, & ejus nepos Carolus IV. aureæ bullæ conditor, Carolique filii Vvenceslaus, & Sigifmundus, qui omnes magni nominis Imperatores ſecreto potiri. Quorum poſterior Sigifmundus adeo ſtudioſus fuiſſe legitur magnitudinis Chriſtiane, ut non ſolum plūquam vicies collatis ſignis cum barbaris pugnaverit, glorioſiſſimoque de hoſte triumphos reportarit: ſed & zelo & hortatu ejus duo œcumenica Concilia, unum Conſtantiæ, alterum Baſilæ, extirpando ſchiſmati, & hæreſi valide orbem Chriſtianum, præſertim Hungariam, & Bohemiam, concutienti, celebrata ſunt. Itaque, ut Chriſtiana ſacta contra infideles commodius tueretur, ac propagaret, crexit Ordinem militum Draconicorum, quos inſigni Draconis devicti & præcipitati decoravit, teſtandæ extirpationi periculoſiſſimi totius terrarum orbis monſtri, ſchiſmatis ſcilicet, & hæreſeos. Cujus Ordinis eſt rara apud hiſtoricos ſiat mentio, Petrus tamen Beloyus Præſes Tolofanus originibus ſuis militibus e. 22. teſtatur, ſe viſiſſe diploma, an. 1433. quo Baſilius Colalba, Marchio Anconæ, in collegium Ordinis Draconici hæc verbis cooptatur: Te quem manu propria militia cingulo, & ſocietatis noſtræ Draconicæ, ac ſtole, ſeu ampreſſæ, chariſſimi fratris noſtri Regis Aragoniæ inſignimus, &c. Reſert & Hieronym. Romanus ex hiſtoria Hiſpanica Regis Joannis, tempore Sigifmundi, & Alberti Imp. floruiſſe in Germania tres inſignes Ordines equeſtres, nec non Moyſem Didacum de Valera Hiſpanum, probatè fortitudinis equitem, ab eodem Alberto tribus militia inſignibus fuiſſe condecoratum: Draconico nempe, tamquam à Rege Hungariæ: Tuſinio, ut à Rege Bohemiæ; & collari Diſciplinari aquila candida (quæ & Polonorum Regum in campo rubeo teſſera eſt) exornato, ut à Duce Auſtriæ. In rebus Hungariæ ſentio Equitum Hungaricorum, quibus pro inſigni erat crux viridis, in habitu, ſeu chlamyde coccinei coloris. Quem quidem Ordinem ante annos ferme ducentos contra Turcas Hungariæ finibus incur-

Athenes institutum memorat Hieronymus Megierus Com. Pal. & Archiducis Austriae Historiographus in suo, quem de triplici Equitum genere scripsit, tractatu. Hungariorum autem Equitum Crucis insignia, uti & Templariorum S. Catharinae, S. Stephani, S. Mariae de monte Carmelo, & S. Lazari, Avisionumque aliorumque, in Ordine recensentur.

ORDINES EQUESTRES IN REGNO Sveciae.

Quantum olim Reges ac Principes Gothorum de perpetuanda nobilitate, ac bellica claritate, curam habuere, arma signaque, & clypei horum illustribus locis insculpta, ac posteris relicta, evidenter ostendunt: habetque Australis Finlandia in magnifico portu Hangoe (locus qui Regibus Sveciae belli inferendi, aut pacis componenda, quasi arbiter esse solet) in castris vetustissima heroum Gothorum, ac Senonum insignia, literato ordine, sed antiqua simplicitate insculpta: quod ad res magnas capessendas, visis maiorum insignibus (quod & Q. Maximus & P. Scipio sapienter de seipis olim testati) vehementissime sibi animum ad virtutem accendi sentirent. His antiquitus pro insigni erant, ut tradit Olava Magnus l. 2. c. 25. duae virgines coronatae, aureo vestitu, sese mutuo in virenti sylva amplectentes, tanquam Deorum nympharum excellentiam in ea regione ostendentes. Posteriori vero aetate, Svecorum Principes tribus aureis in campo caelestium coloris, ob infrutibilem dominorum amplitudinem, magnifica bellorum gesta, & inexhaustam metalli ubertatem, ut fuerit: exemploque aliorum orbis Christiani Principum, militares Ordines, adsumpto Christiano symbolo, instituerunt. Quorum quidem alter torque auro, quem caelestes Cherubim, & Seraphim, & cruces patriarchales, illius instar, qualis Regibus Hungariae à Pontificibus in Regis insignibus attributa est, Deique effigies exornant, splendefere inter cetera Christianorum heroum insignia conspiciuntur.

ORDO EQUITUM GLADIJ, ET BALTHEI MILITARIS.

Alter in Svecia militaris Ordo pro testera gladios aureos militari balteo inter se conjunctos, & acie sanguinea commicantes (quod iustitiae, & militaris gloriae, quibus regna fulcuntur, insigne est) praetendit. Seneca enim gladium bonum esse dicit, non cui deauratus est baltheus, nec cui vagina geminis distinguitur: sed cui ad secundum subtilis acies, & mucro munimentum omne reperiuntur. Et vel ad consummatam politiam huc duo requiruntur, calamus & gladius, puta delibrandis rebus consilium & litera, exsequendis autem gladius. Insignia autem, quae gladiiferi hujus Ordinis symbolo condecorantur, in clypeo aureo umbonem fulvo leone rubescentem, circumcirca tres coronas regias, & rotidem campanulas rubreas: in galea vero coronam muralem argenteam, cristis, seu plumis viridis coloris resperfam, binoque supra gallos rubeos in vexillis argenteis decussatam positis, praerunt. Quae praeterea Christianae militiae decora, mutata in his regionibus Religione, in defectu videlicet serabierunt.

ORDO EQUITUM SPICAE APUD AREMORICOS In Britanniae Gallicae Ducatu.

FRANCISCUS I. hujus nominis Britanniae Dux, filius Joannis V. & Joannis IV. cognomento Conquestoris, primique Ducatus Britannici in familia Montfortiana (quae seriem suam à magno illo Everardo Mommarantio, & stemma ducit) conditoris nepos: quod Reipublice interesse sciret, ut ignavos, & desertores ignominiose puniri, sic virtute praestantes viros honore affici, aequum esse: novum Spicam, sive Arista Ordinem militare, cum avi memorie renovanda, tum nobilitati Britannicae decoranda, anno circiter 1450. inchoavit; cujus candidatos donavit torque auro ita fabricato, ut ex spicis frumenti, aliis alios subsequentibus in nodum Crucis, caudis retro conversis, & nodos venetos, quos ab amoribus nuncupant, conficiuntibus, Spicam quasi Cereris coronam aut Arvalium sacerdotum referre videretur. Cui praeterea in basi Mus Ponticus, sive Alpinus, candidus (Armenium nunc vocamus) colliculo viridi impostus, duabus catenulis aureis adhereret: addito Joannis Conquestoris Gallico emblemate, A. M. V. I. generotum utique in contaminati & syncerissimi animi exemplar. Est enim hoc animal (quod Julio Scaligero Mustela genus est, & ob candidissimas pelles raritates, Gallorum aemulatione Principum ornamentum nobilissimum) adeo puritatis amans, ut, teste Plinio, cum fovearum litarum ostia ceno illita conspiciat, se potius à venatoribus capi patiat, imò

nec ipsam mortem declinat, quam eo fœdari malit. Simili Elogio usâ est Anna, non semel Regina Franciae, sicut tempore Francisci II. Britanniae Ducis, & Margaritae Foixinae, ex Gastone Comite Foxeni, & Eleonora Regina Navarrae, genitricis. Cujus symbolum hodieque ostentat Castellum Blasianum, hoc dicto conspiciunt: *Plus tôt mourir, Potius mori;* quod idem serè est cum Ordinis hujus testera, *Ama v. e.;* qui hujus Reginae matrimonio ad coronam Francicam delatus, finem cepit. Anno enim 1555. inter Regem, & Joannem Brossium, Stamparum Ducem, Britanniae Gallicae in Aremoricano tractu praesidem, transactus fuit. Is à Carolo Blacensi genus ducebat, qui cum de Britannia principatu contenderet, opibus Gallicis frenus, à dicto Joanne Drocenti, Montfortii opibus memorabili praelio, an. 1305. 3. Kal. Octob. in Nannentibus caesus est. Ab eo tempore Montfortiani in ea regione rerum potiri sunt, usque ad Annam memoratam Francisci Ducis unigenicam filiam, quae Carolo Octavo primum, dein Ludovico XII. nupsit, quo ex matrimonio prognata Claudia, primogenita, Francisci I. Regis uxor fuit; ad eamque avia paterna Henrici III. & Francisci Alenconiorum, & Andegavorum Ducis; sub quo Ludovico Britannia coronae Regiae ex Ordine fuit provincia decreto ita unita est, ut nullo casu ab ea in posterum alienari possit. Ceterum & auctor Ordinis in ea fundatione ad insignia Britanniae Arminii nigris respecta respexisse videtur: & Robertus Caenalis credit, Britanniam Aremoricam, sive Hermioniam, dictam ab Hermionibus populis, qui sunt Ripenses, atque adeo Oceani litorales: ita ut apud eos invenerit vernaculum nomen *Hermine*, signo tamen aliunde tracto, nempe ex cauda candida mustellae, per unicum vocabulum allusionem. Et hinc etiam amplius contendit, Aremoricis ex nominis occasione, qua scilicet Hermiones dicuntur, per allusionem quadam sibi desumpsisse ea, quae gestant, insignia, vulgo dicta *Hermine*, caudis mustellarum à natura insula, coloris atrii in area candida. Nam quae de fictorio Arturo, atque ejus cum gigante in Lutetiana insula confectio duello, deque caelestis emissis insignibus, unius tantum auctoris Monumentis singulari testimonio circumferuntur, ab omnibus passim auctoribus pro commentitiis habentur.

ORDO EQUITUM LUNAE CRESCENTIS APUD Andegavenses, & Siculos.

Secunda Andiam familia, quae inter alia potentissima Christiani orbis dominia, Siciliae imperio potita est, teste Joanne Joviano, signum Ordinis Equestris in brachio habuit crescentem Lunam argenteam. Cujus militiae principatum sibi ac successores primus sumpsit Renatus, Dux Andium, & Rex Siciliae, Neapolis, & Hierosolymorum: princeps utique meliori fortuna dignus, sive exitum erga Deum, ac patriam pietatem, sive animi magnitudinem spectes, cum paucis comparandus. Is cum more inter Principes recepto Ordinem Lunae crescentis in D. Mauritii urbis Andegavensis basilica erexit, perfectae virtutis militibus torque auro Lunae crescentis (cui axioma illud *Lus*, vel ut Petro Mathaeo Regis Galliae historiographo placet, *Los en croissant*; Carolo Octavo postea per familiare symbolum, inscriptum est) insignem, spectabili totius aulae pompa perquam honorifice detulit. Exinde Paulus Jovius natum credit illud Henrici Secundi: *Donec totum impleat orbem*, quia verè, cum plena est, sit emula solis. Ita dicit Joannes Modius in Coronatione Henrici Secundi: *Et verò quoniam nemo in hoc sodalium adoptare fas erat nisi primum in pugna fortitudinis suae specimen dedisset, praeritorum frequentiam, quibus interfuseret, ex bacillis, qui lacina suspendi ad collum, & annulo simul inserti terminabantur, colligere licebat. Eius auctoramentum primi fuisse Joannes primogenitus Renati Regis, Dux Lotharingiae, & Calabriae, Vicecomes S. Ballorii, & Estagii, Bertrandus Beavensis, Dominus Precignensis & alii, quorum nomina & insignia in dicta S. Mauritii basilica (quae inaugurationis sedes est habitata) conspiciuntur, & gentilitis coloribus depicta, in archivis Capituli religiose adservari, testatur Choppinus. Hujus porro sodalium Equites, dicente Tilio, omnis fortunae periculumque inter se socii esse tenebantur, amici certi, adjuvatoresque in omnem necessitatem; neque armis poterat alter alterum iniuriare. Verum praerclarissima Andiam fuit hujus Regis morte extincta, pariter & nobilissimum hoc institutum finem cepit. Quae causa fortassis, ut Ordinis leges, seu constitutiones non facile reperias, sive quod Andegavensium*

hito

A historicis omiserit, sive quod Rex tot bellis implicatus, omnia pro nutu concepta, ad finem perducere non valuerit.

Nostra vero aetate Illustriss. Marchio de Tyrace spectata, fortitudinis heros, ut Siculorum, & Andegavensium Principum praerata instituta renovaret, quod major Turcicae potentiae fama increbresceret, eò majorem gloriam in praesens, nomen in futurum militibus visis parari, gloriosissimaeque de Barbaris victoriae praemium adpeti cum censeret, novum Equestrem Ordinem, & signum militare apud Siculos invenit. Cui non pauci nobilitatis primates, & summi stemmatis adolescententes nomen dedere; quibus inflammandis insinuit ille velut paniculam, non solum ad insulam invadendam, sed Italiam proximam vastandam, aditum interducat. De his plura apud Rodolphum Boterem, in magno Franciae Concilio causarum patronum, l. 2. ad an. 1595.

ORDO NAVALIS, SIVE COCHLEARIS.

Fuit praeritis saeculis Francorum gens navalis & pyratice artibus exercitissima, si Latino Pacato, Sidonio Apollinari, ac B. Rhemano credimus; placuitque genti, ut quancunque sibi regionem urbis condenda quieti deligerent, hoc sacro nautico honori, & antiquitati memorabile symbolum navis amplissima diceretur. Quod quidem ea forte insignia incomparabilis, & Regalis, Parisiorum Lueticis, sibi vestito nomine vel in hunc usque diem vendicat, ita scribit *Claud. Paradisus in Symbolis heroicis*. Neque verò absurdum est, hoc ipsum illos à Gependis, idem antea quoque usurpantibus, per Germanicum Oceanum claris, utpasse: Regemque deinde Francorum, tot transmarinis expeditionibus antea alios praerelentes, sibi quasi proprium (ut in numismatibus S. Ludovici navis, & concharum insigne videre est) reservasse, sodalium quoque facere custodiam militie insinuisse, quod nonnulla insignia, duas nigri coloris naves in campo aureo, similemque unam in galea clypei exhibentia, & privato cuiuspiam Ordinis Cochlearis Equiti forte per familiaria passim ostenderentur, quibus praeterea circumdatum est cochleare aureum, ex cochleis in sinu semilunatum nabi coloris collocatis fabricatum. Quod nempe Reges ita sapientissime gloriosissimos de Barbaris triumphos reportant, Impericque Orientalis signa, nocturno illo lumine splendens, eriperunt. Illam enim semilunam Turcarum (quod genti solemne militiae signum, quasi Romanis aquila, est) originem in Byzantinis habuisse constat, teste omnis antiquitatis vindice *Iusto Lipsio*, qui primum illud apud nobilem virum Angurium Gislenium Bulquium Legatum Byzantinum, & in aliis nummis observasse tradit, in *Ep. Quasi. l. 1. Cur Luna in labaris Turcarum*. In quorum scilicet parte Luna media esset, cum inscriptione Byzantion. Itaque ut Atheniensium noctua, aliarum gentium aliud insigne fuit; sic Byzantinorum Luna, quam magnus ille Rex, magno Christiani nominis malo, in signa sua transfudit, signum victae gentis, penes quam Orientis imperium esset. De hoc Ordine consulendus Joannes Feronius, qui catalogum Ordinum Equestrium à Regibus Galliae erectorum collegit: & ad nobilitatis Franciae decorem, Principum virorum manibus non indignum, reliquit.

ORDO EQUITUM SANCTI MICHAELIS APUD GALLOS.

Praerclarum illum morem, ut proceres torque auro insignirentur, à Romanis ad Francos traduxit Ludovicus XI. cum ut ait *Gaguinus*, Kal. Aug. An. 1469. Ordinem D. Michaelis Ambasiae institueret, novique iterum statuit, An. 1476. Plesti angere: symboli loco, suos insigniens torque auro, cochleis (quae Romanis Senatoribus turgentibus in lacertis prominebant) inter se haerentibus, & D. Michaelis, cacodemonem è caelo deturbantis, imagine appensa: additoque emblemate, *Immensi tremor Oceani*. Provocatus utique exemplo patris sui Caroli Septimi, cui pro insigni bellico, hujus Archangeli fuit effigies, cum primitias potissimum inaugurationis celebraret Rothomagi. Sumptum id adeoque sanctum in singulos Reges ab illustri, utajunt, miraculo, fuit praesentia D. Michaelis, in praelio ad pontem Aurelianensem, hostes Anglos, utremque à diro oppugnatione arcens, ac propulantis. Initio vero fuit cotius quaedam triginta lex regni procerum, inculpatum equitum, dicta à D. Michaelis, locietatis praeside: quibus Rex ipse primus adnumerari voluit, eodemque, quo Ordinem inchoavit, momento, solemni illustratione XV. *He. L. B. Theat. vite Human. Tom. III.*

roas in eundem adsumpsit. Qui porro huic sodalio nomina edant, in verba Principis adiguntur, eoque neminem moveri constat, nisi haereseos, aut prodicionis reum peractum, aut signorum desertorem. Quando vero agebatur de aliquo in demortui locum eligendo, non suffragiis, sed tabulis (*Cadaveras* Veneti vocant; à verbo Graeco *kadavros*) electio fiebat. Quae obfignata in pelym coniciebantur, quibus à Cancellario numeratis, qui plures tulisset, in collegium cooptabatur, haec verborum formula à Principe prolata: Te Ordo fratris (ita enim vicissim se appellare solent Equites) & sodalis loco habet, eaque ratione te torque hoc donat: fixit Deus cum diutius gestes. Deinde in perpetui amoris testimonium, singulos exofcalatur; sique mos fuit, in collegium Sodales adlegendi. Est & suus huic Ordini Cancellarius, Theaurarius, ut vocant, caduceator, seu fecialis, cui à D. Michaelis nomen est; & scriba, qui equitum praerclare gesta literis, & memoria perpetuae mandaret. Eo numero legimus ex auctoritate Ludovicum Luxemburgum, unum ex illis majorum gentium Torquatus Equitibus, de quo conchyliato honore abrogato, publicè in Gravia Lutetiae sumptum supplicium. Moris enim Regibus munus hoc etiam in externos Principes conferre, in honoris & benevolentiae indicium: qui fici eorum hostes velint se profiteri, per intermuntios torque remittunt, ut omni sacramenti religione soluti, alteri Principi strenuam operam navent. Quod saepe huic nostris temporibus contigit. Et an. 1550. Philippus Hispaniarum Rex Gandavi Equitum aurei vellesis concilio celebrans, Ordinis torqueum Octavio Parmenium Ducis, quem ille, accepto à Rege Gallorum conchyliati Ordinis insigni, superiorum bellorum tempore abjecerat, restituit. Hujus Ordinis statuta, & leges ex magno constitutionum volumine regni Francorum, ut refert *Tilius l. 2. de reb. Gallicis*, mandatae sunt typis, & vulgari lingua passim circumferuntur, à *Francisco Sanjosino*, & aliis; de quibus consule *Petrum Martham*, & *Franciscum Modium*, in *historia Ludovici X. l. 5. qui comita Ordinis, & caeremoniarum solemnitas ab Henr. II. an. 1548. celebrata, perquam copiose persequitur in Pandectis Triumphalibus tom. 1. l. 2.*

ORDO EQUITUM S. GEORGII IN CARINTHIA.

A Rodolpho Habsburgensi, qui primus Imperatorii fastigii decus in familiam iseptris regni que fatalem intulit, undecim ex Gente Austriae Imperatores, eximiae omnes majestatis numismate à Rodolpho Secundo, augustissimi nominis Principe nuper complexos, numerat Germania. Quos inter Ferdinicus Tertius haud postremus tulit. Is ad Turcarum Ungariae, Styriae, Carinthiae, viciniae provinciae imminentiū arma depellenda, Equitum S. Georgii Ordinem prudenter instituit. Cujus quidem Magistro generali regiam sedem in Millesradio, Carinthiae oppido, amoenissimo loco, designavit, & Principis honorem adiecit. Huic & Novae civitatis in Austria Episcopum, in rebus, ut loquuntur, temporalibus, itemque Canonicos ea de causa in arcem postea translatos, eademque D. Georgii rubra Cruce (quae plana & simplex gentilitios clypeos occupare solet) signatos; & ne quid ad splendorem deesset, toparcharum Cranichbergenium, recens cum familia libellatorum, castra ac praedia, in vite aulaeque subidia, liberaliter addidit: nimirum Trautmandorffium, Scharfenecam, & S. Petronillae praedium, in qua Carnunti vestitus aurei ruinae exstant. Quorum proventus non mediocriter adjuvi S. Georgii Equites, Christiani nominis zelo incensi, non raro H virtutis suae contra Selymun, Solymannum, alioque Ecclesiae hostes, fidem fecere. *Vide Lazium l. 3. rer. Viennensium*. Bernardus item Luceburgius in libello de Ordinis militaribus, memorat Ordinem militum S. Georgii, ab Alexandro VI. Papa, & Maximiliano Imp. adversus Turcas itidem institutum, Cruce aeternae cum corona in circulo auro pro insigni attributa.

ORDINES EQUITUM A SUMMIS PONTIFICIBUS INSTITUTI.

Summi Pontifices, quorum auctoritate ceteri toto orbe Christiano Ordines militares erecti, varia Equestrum virorum collegia instituerunt, quae huic serè titulis celebrantur: utpote Equites Christi, S. Spiritus, S. Petri, S. Pauli, S. Georgii, Pii, Lauretani, S. Antonii, Julii, Lili, & id genus alii: viri aut de Ecclesia, aut Rep. Christiana bene meriti: & quos in album suum cooptatos, Pontifices annuo censu folio honorare, & Crucis insignibus colore distinctis condecorare.

Christi equites crucem rubram, qualem in Lusitania ejusdem nominis equites ferre gerunt, limbo aureo inclusam, praeferebant, a Joanne XXII institutos, memorant Franciscus Tarrapha, & Joannes Confessus in privilegiorum Mendicantium collectione.

Equites S. Spiritus, qui vulgo in Urbe fratres hospitalis S. Spiritus nuncupantur, cruce candida in veste, aut chlamyde insigniuntur. Joannes item Azorius Equestrum Ordinem S. Spiritus in Saxia ponit, de quo & Nav. de reg. conf. 70. An. 1520. Leo Decimus instituit collegium militum S. Petri adversus Turcas, communes Christiani nominis hostes, uti Alfonso Ciaconus in Pontificum & Cardinalium historia commemorat: quod idem fecisse, seu confirmasse, tradit Paulus Tertius.

Et Poncentium quandam post varias peregrinationes ad Urbem venientem, a Pontifice S. Petri torque donatum, tradit Aug. Thuanus; & Franc. Schottus, S. Petri & S. Pauli Equites in Itinerario suo Italiam recenset. Paulus vero Merula Cosmographus CCCC. S. Petri Commilitones, S. Pauli CC in familia Pontificis degentes enumerat.

S. Georgii Equites ab Alexandro VI institutos, narrat Bernardus Lucentburgius, in libro de armorum militarium mysteriis: in quibus Crucem auream cum corona in circulo aureo pro tessera attribuit.

Pius Quartus P. M. Equinum sodalium, Pii appellatorum an. 1560. inchoavit: adeoque cenitio optime dotavit, & Urbem domicilio attribuit. Numerus primus 375. Equites habuit ad 535. deinde auctus, teste Ciaconio. Qui se cum seculares sint, primo equites aurati a Pontifice creati solent: nonnulli etiam Comes palatii Lateranensis, cum potestate creandi Doctores in omnibus facultatibus, & Notarios publicos, legitime ipsos & alia pro arbitrio statuendi. Insigni item Apostolica sedis privilegio cautum, quo Pios istos Equites aliorum quorumcumque Principum equites, nominatim Imperiales, & S. Joannis, sive Melitenfes, praecedere voluit. Sicutque ii domestici familiares, seu Papa, ut vocant, commensales, qui cum in publico prodit, conopeum, sive thronum, quo Papa sustentur, cum ceteris Principum legatis, gestare tenentur.

Xystus V. qui Lauretanam D. Virginis celeberrimam civitatem in Episcopalem, & Ecclesiam in Cathedralem erexit, ducentorum Lauretanorum Equitum Ordinem instituit, anno 1586. Pontificatus sui quarto, quibus postmodum, uti tradit Alfonso Ciaconus, alios sexaginta adiecit.

Est et aliud Roma in urbe genus Equitum, S. Antonii appellatorum, qui plerumque sunt natione Galli, & quamvis gladio minimè accingantur, Equitum tamen numero censentur. Crucemque caruleam in chlamyde, quam Commissarii vocat Lipsius, quae forma examum est in T. littera, unoque ore omnes cum Cruce componunt, praefertunt.

Adstruunt etiam picturae, in quibus passim hodie videas D. Antonii vetustissimi monachi penula, & manui asui, aut imponi hanc Crucem. An quia Aegyptius ille vir, quibus jam olim notum & inter sacra hoc signum? Certè in obeliscis, qui inde Romam vecti, sculptum sic vidisse se testatur Lipsius cum annulo tamen, vel ansula per supernè; nec satis solide se scire, ad quam rem aut usum. In penula autem, & veste monachorum Crux, imò & Cruces fuere, si rectè capimus Nicephorum Gregoram, qui sic de Andronico Imperatore monacho novello: Supernè rubrum praetulit divinae Crucis signum, infernè nigrum. Duae diversi coloris cruces videtur dicere, nisi tamen unam intelligit sic distinctam. Quod manu autem tulerint, hodieque in Aethiopia, sive Abyssinis ille mos sit, ut auctor Damianus ad Gosi in illorum rebus, & Joannes Mellius in suo speculo orbis terrarum, adstruit, Aethiopes, seu Abyssinos, qui Presbyteri Joannis (ut vocant) imperium agnoscunt, habere religionem militarem, quae sub protectione est S. Antonii. Et unumquique nobilitate clarus patrifamilias, ex tribus unum filium, excepto primogenito, destinare potest. Ex his septuaginta XII Equitum millia, qui Regi excubant. Finis hujus religionis est imperii fines defendere, resistereque hostibus fidei. Joannes item Azorius, ubi de Militibus agit, meminit Equitum S. Antonii Viennensis, in Gallia, & extra Galliam.

Sed de praecipua ipsa nota Crucis, dignum aliquid notari Ecclesiasticae nostrae historiae prodiderunt. Rossinus: Signum

hoc Dominice Crucis inter illas, quas dicunt *separatae*, id est E facerdotales litteras, habere Aegypti dicuntur, velut unum ex iis, quae apud illos sunt, litterarum elementis, cujus litterae, seu vocabuli hanc asserunt esse interpretationem, *Vita Ventura*. Quam & significationem dat *Sozomenus*, & idem *Suidas*. Atque ex lingua argumentum petit Lipsius, sed nostra: quod Belgae hodie bacillos in hanc formam, quos agrorum brachiis sustentaculum subjungunt, vocent ipsa Latina voce *Crukas*, & litteram, & Crucem T. nobis repraesentent.

De insignibus vero militaribus, quas Pontifices Maximi Principibus deferre consueverunt, adnotandus *Stephanus Pighius*.

SYMBOLA ET ORIG. ORDO CRUCIS BURGUNDICAE IN REGNO THUNETANO.

CAROLUS V. immortalis glorie Imp. & omnium retrò Principum, qui virtutis via ad imperium contendere, exemplar lucidissimum: cum memorabili Italia expeditione Africana, regnum Thunetanum, Moleaensis imperio expulso, Hariadeno Ahenobardo restituisse: paludamentum, quo Thunetensem vitrici pompa ingressus est, Burgundicam Crucem (ea enim in bellis usus, aut fascia punice coloris decussata, quod & Burgundicae domus insigne, contra Saxonem dimicaturus, gestis forte referebat. Quo insigni, ut erat animo regio, qui beneficiis de quocumque hominum genere bene mereri studeret: primarios quoque proceres, virtutibus non minus quam gentilitiis imaginibus clarissimos, ob praedictam de barbaris partam victoriam, donavit ipso B. Magdalene sacro die, anno 1535. hora die 10. Mercurii, nempe ut a curiosis observatum tradunt. Cujus scilicet planctus figura in quaestri Italia tessera ab una parte expressa conspiciebatur: ab altera vero dicta Crux Burgundica, adjuncto chalybi ignario, scintillas esse sicce extundente, & inscriptione, *Burgundica*. Quo nomine vulgo nuncupatur omnis illa ditio, qua regnum Thunetanum (eo enim Cherritii potentissimi utriusque Mauritaniae, Maroci, & Fessae, expulsi Merinensibus, postea potiti sunt) continetur. Testimonium utique exitimum nunquam interiturae gloriae, quod tam fortium virorum opera nationes illas barbaras subiecit. Quod vero de Cruce Burgundica, quam & Andream vocamus, ex duobus baculis decussatis conjunctis dicitur, non dubium est, id esse veteris signum Crucis S. Andreae, quem gens Burgundica patronum colit, & cujus se clientem hac tessera profiteatur: legatur *Gretserus tom. 3. l. 5. c. 1. Nolanus l. 3. de Imag. c. 51*. Quae & usum ferunt Joannem Intrepidum, qui Ambianum vocata a patre Binarigum, ac nepote Andriam Duce, bellum civile inter Aurelianenses, & Burgundiae Duces sopire conantibus, supra forum ubi divertebatur limen superum, in modum Burgundicae Crucis, duas collocari iussit transverfas hastas: hanc ferreae acie rigentem; alteram obtusa culpidine innoxiam: significans bellum, pacemque se proponere: eligent, quod reverterent. Quod idem Crucis symbolum Joannem in Franciam revertisse praenisse, passim testatur Petrus Matthaeus in historia Ludovici Decimi primi lib. 1. Carolus item Pugnax Ludovicum Decimum primum Crucem Burgundicam in armis ferre, adeoque signa sua in Eburonem sequi coegit. Sed cur baculis decussatis positus, & truncatus, ut vocant, ramis, Crucem hanc exprimat Principes, non autem lignis dotatis, è quibus cruces fieri solent: credunt id factum, postquam Duces Burgundiae ceperunt esse Brabantiae Duces; ac per hoc baculos significare voluisse, se succedere veteribus illis Carolo Magno, Pipino, ac aliis Franci stemmatis principibus, quorum in Landen, in Herthal, & a principio in Stockheim genus foruit. Alii, quos audire memini, & videbantur loqui ex antiquariis, incrementum hoc crepisse autumant, tum demum, quando stemma Austriae cum unum Burgundico. Verum enim constat, cognomen familiae Maximilianii Primi, & majorum eius, fuisse vanden Stock, ut antiqua diplomata ab iis signata praetendunt.

Truncatos autem & lauro saepius fuisse baculos cum erumpentibus flammis (quod id inter se colligi & teste Pivio, ignem reddere soleant) docent tabulae *Petri Aeneas* Equitis S. Sepulchri: qui victricis Caroli Quinti arma, non minus cum ventis, quam barbaris ipsis confictata, secutus, Thunetanae & Algerinae expeditionis interitum. Quo factum, ut

Imper.

A Imper. eidem ob egregia in Burgundicum nomen merita, navatae fortiter operae praemium, ad gentilitia majorum insignia (quae sunt decem cubi, seu sacri argentei, nigricae, alternatim variati, & caput canium in galea ejusdem coloris) in inferiori variati parte aurea Crucem Burgundicam, sive S. Andreae (diplomatis verba sunt) viridis coloris, truncatis, feu mutatis utrinque ramis, deferendam & posteris transmittendam dederit, aliisque militaribus donis ornaverit. Quod vero ad ignitabulum attinet, referunt id ad Philippum Boni parentem, ipsimumque Philippum, Aurei Velleris baltheo decorando, idem postea adimpluisse. Petrus item Matthaeus in historia Ludovici Vndecimi dicit spolia, feu vexilla, quae in felici illa Caroli Audacis ad Nancejum pugna, in ejus Regis manus devenere, ignitario ad duos stipites adfixo fuisse navata. In nonnullis autem Burgundicorum Gentilitium ditionibus publicè videre est emblemata, sive symbola aureis, aut aedium sacrarum fenestris vitreis expressa, ubi signorum loco sunt aliquot siles ignitarii & cardui, sive alterius pungentis herbae ramuli, cum apophthegmate: *Nul ne s'y frote*, quasi dicerent & illud Regem Scotorum, de Cardui symbolo: Nemo me impunè laecessit, aut: *Sulfine*, & *abstine*: Et quae penes me antiquum à quodam Burgundico proce de Nobilitate & Gentilitiis insignibus conscriptum autographum, dicto emblemate. *Nul ne s'y frote* signatum: Et, *Ob de Bourgone*, & iterum, *Nul ne l'approche de Bourgone*, in fine libri subscriptum. Videtur itaque antiquus solis siles ignitarii symbolum Burgundicum constitisse, minax & clavis indicium, si quis impetere Burgundos: posteaque addita fuisse ferramenta chalybea ignitaria, majoris etiam terroris ac perniciosa significanda gratia: ne chalybe quidem domandum silecem, si afficeretur; sed ignem erupiturum, qui vicina invadat. Verum id armorum regibus, quorum id vicinis, discutiendum relinquo: ad facta enim potius referendum existimant. Uti enim divinus ille genius, petram, cui sacrificium Gedeonis impositum erat, virgula sua percussit, ignemque eliciens, holocaustum consummari fecit: eodem prorsus divini cultus amore, & aetate contra hostes tuenda Religio, nec non eximie in patriam charitatis zelo, Principes Burgundicos duci debere, testans est Philippus Bonus, cum ferum illud, & petram faxeam, cum vellere Gedeonis, intacta, scilicet, C. Virgini matris symbolo, Ordini suo militari decorandò attribuit.

B

ORDO EQUITUM SANCTI STEPHANI, IN ETRURIA.

COSMUS MEDICUS Florentinorum Dux, ingentis animi & profunde prudentiae princeps, qui potentissimi tota hodie Italia imperii, in ea familia confirmati, fundamenta jecit: cum rebus suis firmandis, & Senarum urbi, superiorum temporum incuria, ac belli recentis ruinis detormata, curam non legem impendisset: eodem fere tempore, quo Ordo Livonicus extinctus est, ut felicis ad Marcianum praesili, quod ejus fortunae, oppressis etiam liberatis vindicibus, veluti in Etruria fundavit, memoriam renovaret: & eadem operam Tyrrenum à Turcarum & pyratum excursionibus tueretur, chassemque ad expeditiones contra Mahumetas suscipiendos, non solum rebus necessariis, sed & hominibus Dei maritima gnaris optime instructum haberet: ad imitationem, inquam, Hierosolymitani Ordinis, anni 560. Militiam S. Stephani Pontificis & martyris, quod pugna Marciani III. Non. Sextilis, qui dies ei sacer est, incidisset, statuit ac legitibus (quae à Francico Sanfovino recitantur) conditis instituit, & ut à Pio Quarto confirmaretur, impetravit, qui & complura privilegia militaris illius collegii sodalibus indulisit, diplomate eade re Non. Quintilis condidit. Atque inter alia, ut milites conjugati ac etiam bigami pensiones annuas, usque ad CC. ducatorum summam, eis facerentis percipere, atque ad alias factas personas transferre: Item ut de bonis tam fundi, quam mobilibus, quomodo & undecumque questis, liberè testari, etiam inter ipsos, & illegitimos filios, possent, quarta eorum Ordini servata. Hujus militiae sibi ac successores ducibus principum sumptus Cosmus, cum potestatis legibus à se conditis addendi, detrahendi, abrogandi, & interpretandi: quae ipse & filii eius postea uti fuit: templumque Equitibus, ac domicilium Pisis attribuit. Pro insigni autem gestant Crucem rubram, Rhodiensium Cruci nequam diffimilem, at praeterea aurea ornata. Suntque inter eos, uti & apud Melitenfes, &

L. B. Theatr. vite Human. Tom. III.

Hispaniae milites Spadiferos, praeter Equites, etiam Sacerdotes, E itemque Servientes (nuncupant) & Donati; aliquo tamen discrimine: Donati enim non quadrimembrem, sed trimembrem praefertunt Crucem (superiore flippe sublato). Melitenfium fere instituta sequuntur, etiam vivunt ex praescripto regulae S. Benedicti, quod addit Paulus Morifus; & à matrimonio non arceantur, castitatem nempe conjugalem solummodo profitentur.

ORDO EQUITUM SANCTI SPIRITUS.

Tredecim Francorum Reges Christianissima protulit Valesiorum familia, nec non ante novum assumptum cognomen, trecentis continuis annis Gallici imperii habenas felicissimè moderata est, ac per secundum, tertium, ac quartum natu filios, Andium nimitum proceres, quorum virtus & ingenium ad imperia natum videbatur, gubernacula regni Angliae, Siciliae, Neapolis, ac Hungariae diutissime tenuit. Ab eo demique tempore, quo Hugo Capetus, ejus gentis F Ab eo demique tempore, quo Hugo Capetus, ejus gentis familiarum tamdiu variis nationibus, quam Valesiorum, praestitisse comperimus. Quod nomen non fuit ex primaria assignatione, cum hac stirpe communicatum: sed praecipuum nomen ejus Aurelianense: sic & Ludovicus Decimus secundus, Franciscus Primus, & posteri Valesiorum cognomen tenuerunt. Post Sanctum enim Ludovicum, Principum Francorum minores natu filios, aut ex regnis & dominis accedentibus, aut ex legibus matrimonii, varia sibi usurpasse cognomina, variaque inde dimanasse stirpes, tradunt Gallici annales. Ea fere sunt: Borbonia, Valesia, Eboracensis, Alenconia, Andia, Burgundica, Bituricensis, Aurelianensis, ex qua processit Comitum Angolomorum progenies quibus omnibus extinctis, traslata in Valesiam familiam regni successione. Deus Henricum Tertium Valesium postremum supersesse voluit, qui novis auspiciis imperium ad Borboniam, feliciter hodie regnantem, transmitteret: aeternumque pietatis Christianae, & Regiae magnitudinis monumentum posteritati relinqueret. Is enim tot palmarum Imperator, tot rebus gestis clarissimus, regeis omnibus competitoribus, ad Poloniae regnum potentissimum, ipso die, quo in Apostolos sacrum Flamen caelo ignescens lingua dilapsus est (& quo eundem natum ferunt) honorificè vocatus, Eodemque rursus anni insequenti festo, quo & Carolus Nonus frater humanis exemptus est, Gallico imperio auctus, obsolescente conchyliato Ordine, ob communicatum promissivè indignis hominibus, novum Equitum collegium à se institutum, ac nomine S. Spiritus (cujus Numini omnes actiones & consilia, fortunatissimis & gloriosissimis aucta successibus, referebat) nuncupatum, soleam lustratione prid. Kal. Jan. celebravit Parisiis, in Basilica Augustinianorum Eremitarum: morisque inde recepti est, ut inaugurationis initium ducatur ultima die anni definentis à privilegii serotinis in dicto cenobio: altera, quae annum renovat, inauguratio peragatur. Cujus formula digna, quae his suis, conceptisque verbis referatur: Ordo (praefatur Rex, summus Magister) hoc te paludamento sui fraternali contubernii involvit, ad propagationem; & columnen fidei orthodoxae, & Catholicae Religionis (exinde torquem cervici imponens) Mam Regia, nostrae militiae tessera accipe, sacri Pneumatis torquem. Sic tibi in jugi memoria servatoris Christi passio, cuius symbolum, Crucem vestibus insinendam tibi praecipimus. Annuat Christus, ne quam fidem verbo, & sacramento oppignorasti, fallas: si secus feceris, ex albo militiae expunctus, indictas decretis Ordinis poenas experieris. Centenario numero absolutum collegium, in eo comprehensis, Rege Ordinis principe, IV. Cardinalibus, IV. Antilibus Ecclesiasticis, magno Eleemosynario, Cancellario, Praefecto Caeconomiarum, Magno Thelaurario, Graphario, Feciali, Ostiario. Commendatorum nomine dicti Equites, quod ab initio constituisse Rex ex optimioribus cenobitis, detractis amplissimis vechalibus, commendas ad Hispaniensium exemplum creare, consilio ante quadricennium à Cardinali Lotharingo, statim atque in regnum venit, sumpto; quo motuo, Rex apud Pontificem crebro per oratores suos egit, ut crenobiorum bona commendis illis, auctoritate sua interposita, attribui patereat: nam cum Ordinem ad Religionis Catholicae Apostolicae Romanae amplificationem, & sectarii veneni extirpationem, insinuum esse: idque Equitum praecipuum jurjurandum esse. Quod cum re-

Y 4 cli-

A clinante ſacro Ordine impetrare non potuiſſet, nomen nihilominus manſit. Equites S. Spiritus Commendatores, ſtatuti ( qua in unum volumen à Barba Briffonio, Parlamenti Lugdunenſis præſide, congeſta ſunt ) Decembri proximo promulgatis, appellati ſunt: ut ex eo, quid Regi ab initio conſilii fuerit, poſteris conſtet, videantque, qui poſt nos erunt, ne, quod ab ipſo tunc fruſtra tentatum eſt, ſub ſucceſſoribus ejus exitum aliquando fortiatur. Singulis porò Equitibus pallium nigrum holofericum, liliorum floribus, flammis, aliisque ex auro & argento heroicis notis intertextum attribuit, & torquem aureum ex liliis, flammarum congerie circumdatis quibus Henricus Quartus caſſides aliaque Victoſiarum trophæa addidit ) tribuſque diverſis matheſeos ſignis elaboratum: cuique Melitenſis formæ Crux, columbam præferens, adhaeret, inaugurationis ſolemni die geſtandum adjunxit. Cæteris verò ſeris, lutei, ſeu crocei coloris Crucem holofericam veſtibus adſitam: in bello verò argenteam; alia inſuper collo innexa penſili cærulea faſcia. Quæ omnia ea moderatione princeps inſtituit, ut antiqua D. Michaelis ſolemnia è falſis non eraderet: nam etiamnum torqui militiæ ſacri pneumatici adſunt. Et qui utriuſque militiæ candidati exiſtunt, ex uno latere conchyliatam teſſeram, ex altero verò columbam præſentant: atque in Ruali Henricianæ inſtitutionis indictum, ut poſtmodum, quàm torques major ſacri flaminis imponatur, D. Michaelis minor ſuſcipiatur.

ORDO EQUITUM SACROSANCTI SANGUINIS REDEMPTORIS JESU CHRISTI apud Mantuanos.

VINCENTIUS GONZAGA Mantuæ IV. & Montis ferrati II. Dux, ne quid ad ditioſam Mantuanæ antiquitatem ac venuſtatem deſſet, in nuptiis filii ſui Franciſci cum Margarita Sabauda, Caroli Emanuelis, & Catharinæ Auſtriacæ Sabaudæ Ducum filia, anno c. 1600. celebratis, Religionis orthodoxæ in primis tuendæ ac propagandæ, illuſtre viginti Equitum collegium, Paulo V. P. M. adprobante, inſtituit. In honorem, inquam, Sacroſancti ſanguinis Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, cujus guttulæ aliquot, ut habet *Martyr. Rom. 15. Martyr & Ficus 12. Cam. à S. Longino Centurione & martyre*, ut traditur, collectæ, Mantuæ in D. Andree baſilica, cum parte Spongiæ Dominicanæ, ejuſdemque Apoſtoli reliquiis, magna religione adſervantur. Harum enim guttularum numero ternario expræſarum notis, cum inſcriptione: Nihil Iſto Tracte Recepto, ordinis teſſeram conſtituit: Intemperat ſcilicet Redemptoris humane prætiæ, balteoque ex telis, aut virgulis aureis, valido ligamine connexis, ignique ſuperimpoſitis, alternatim intererante ſententiæ, ex Pſalmo Davidico LX. deſumptæ, *Domine probaſti*, adjunxit: Quo quidem nobiliſſimo ſymbolo inſtractum rebus adverſis animum, fidem, concordiam inviolabiliter ſervandam, committentibus propoſuit, juxta illud Ovidii:

*Scilicet ut ſulvom ſpectatur in ignibus aurum: Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.*

Baltheum illam equeſtrem iple Vincentius Dux, filio Ferdinando S. R. E. Cardinale tradente, in palatii ſacello, feſto Pentecoſtes die, primus accepit, & venuſtis Genis Gonzage inſignibus (quæ Sigismundus IV. Imp. cum Joanne Franciſcum primum Mantuæ Marcionem in D. Petri foro, ſuo ipſe ore, 10. Kal. Octobris 1433. pronuntiaverat, quatuor aquilinis D pullis nigriſ, candido in clypeo, ad crucem rubram, hinc inde ſparſis extornavit) rei & magnitudini poſteris teſtandæ gratia adſcripſit. Idem Cardinalis, auctoritate Pontificis, parentem ſuum Ordinis ejus Principem renuntiavit. Eſtque is honos ad ſucceſſores unâ cum imperio æternum tranſiit. Dux porò ſacris ſolemni ritu peractis, in D. Andree Baſilica Franciſcum ſilium natu majorem, & viros inſuper quatuordecim nobiliſſimos equeſtri tuo collegio adſcripſit, ſinguloque torque aureo, quem Ordinis dixi teſſeram, donavit. Horum nomina, ne poſteritas ignoret, pete ex Frederici Follini triumpho, Italico ſermone conſcriptis, & ex Originibus Equeſtribus Auberli Mirai, viri ſcriptis, & legationibus pro Rep. Chriſtiana ſuſceptis, clarifiſſimi.

EQUITES APUD TURCAS ET INDOS.

Fuit apud Turcas & barbaros receptum Militariſ honoris auctoramentum, quo titulo Selymus Secundus, Turcarum Imper. Gentilem Belinum, ob inſignem in arte pingendi excellentiam, Conſtantinopolim evocatum, in Equeſtrem Ordinem

cooptavit, & inſigni torquis aurei donavit. Verum an Chriſtianus ab infidelis creatus equeſ, pro legitimo haberi debeat, in dubium revocare videtur *Franciſcus Sanſonius*.

Principes certe Chriſtiani, infideles Equeſtri honore haud dedignati fuerunt: certumque ſe auctorem compeſiſſe affirmat *Hier. Zurita, l. 2. Rerum Aragon. qui prodierit, Bernardum Portierium Jacobi 14. Aragoniæ Regis legatum, Miſſarum ſolemniſſis Alexandriæ celebratis, Babylonice Soldani filium, patris rogatu, militari cinctum auctoramento, Regis Aragoniæ nomine decorariſſe, ut narrat Anton. Benter. l. 2. cap. 43.*

Sic Ferdinandus, cognomento Sanctus, Mahometem expeditionis contra Hiſpaliſ ſuſceptæ comitem, capta urbe, & Equitem creavit, & inſignibus Caſtellæ cum duobus ſerpentum capitibus donavit, quæ Granatæ Reges deinceps ſervarunt, cum antræ claves cyaneas in ſcuto argenteo Reges Andaluſiæ pro inſignibus geſtarent: eaque re ſignificabant, ſe Gadum, & tractus maritimi potentes, quaſi claves propagandi per oceanum imperii in poteſtate habere. Claudius etiam Fauſcetus, in originibus ſuis Gallicis, citat librum cæremoniarum, quibus Hugo Caborius Eques regni Hieroſolymitani ulus traditur, cum Saladinum à Egypti Soldanum, decus militariæ expentem, equeſtri cingulo adornaret.

In Americano novi orbis tractu, qui novæ Hiſpaniæ nomine indigitatur, *Teoytlorum* equitum militum in honore habitam, tradunt rerum Indicarum ſcriptores, & inaugurationis ſolemnia à magno Sacerdote celebrari ſolita, eo ſerè ritu, ut Sacerdos tyroni nates, tygridis oſſe, & aquilæ roſtro acutiſſimo perforaret, quo tygridum & aquilarum inſtar, ſeroſia & fortitudine in bellis antefata doceretur.

In regno Peruviano Equites ſunt vulgò *Orejones*, quos Auriculares dicas, appellati, & quos ex primariis Regiæ ſtirpis ſarapis (*Jagos* vocant) eligere juſ erat. Apud hos tenentur aurium partes perforatas, & bacillis, five annulis aureis onuſtas, prætereſſe, ſumum habebatur equeſtris dignitatis ornamentum. Uti & apud Europæos aurum in auribus geſtare, nobilitatis decora ſunt. Ad eò ut ipſi Hiſpani nobiles, quos alii ſanguinis ſtemma non decoraret, ſigna illud auriculare, & notam equeſtrem non reculant: qua ſuſcepta, aliud nomen etiam aſſumere ſolebant. Quia omnia filia apud Hiſpanos Romanum in Republ. mundi reperias.

Nec mirum, apud Barbaros illos ejuſmodi ſtigmatum veſtigium exiſtiſſe, cum & apud Chriſtianos dudum in uſu fuerit, ut rectè notat *Lepſius in Miſſia ſua Romana, & Philippus Leydenſis Conſularis Guſtavi Comitiſ Hollandiæ, in Reipublicæ cura & ſorte Principum*, ubi ait: Quarto, ſigma, id eſt, nota publica, imponitur brachiis iſtorum militum, ut ab aliis cognoſcantur, *C. de Fabri lib. 3. lib. 11.* Et ſic quaſi conveniunt in hoc cum ſpiritualibus militibus, qui in capite ſignantur ad differentiam laicorum. *D. Auguſtinus epistol. 1. appellat Regium hunc characterem, & Chryſoſtomus Hom. 3. in 2. ad Corinth. Sicut militibus ſignaculum, ita fidelibus ſpiritus imponitur; ut ſi Ordinem deſerueris, notus omnibus ſias.*

*Vide nonnulla horum reſcenſa à Theod. Zwingero, & in medium adducta in loco de militia. T. it. Diviſio, S. Militæ ſacri in hoc Theatro. Quæ quia paulo aliter diſponuntur, & aliorum Auctorum ſcriptis niſiuntur, ut varietate delectent, non eſſe delenda judicavimus.*

INSTITUTIO ORDINIS EQUITUM MILITÆ CHRISTIANÆ, FACTA A DUCE Nivernino, Anno mdcxx.

Sequuntur ſtatuta Ordinis Equitum militiæ Chriſtianiæ, ſub titulo B. Virginis & S. Michaelis, inſtituti à Carolo Gonzaga Clivenſi, Duce Nivernino, & Retelenſi, Patrio Franciæ, &c. & Adolpho, Comite Althamienſi, &c. Olmutz, metropoli Moraviæ, die Sabbati, 27. Novemb. 1619. & poſtea recepti & aſſumpti Viennæ in Auſtria, die Veneris 8. Martii 1619. à multis Principibus & Dynaſtis diverſarum nationum in eum ſinem congregatis.

1. Hic ordo pro baſi habet duo præcipua Legis diviniæ præcepta, *Amare Deum toto corde & tota anima: & proximum ſicut ſeipſum.* Scopus ipſius eſt, pacem & concordiam inter Principes, & populos Chriſtianos ſancire, & ex inſidelium manibus eripere eos, qui ab illis opprimuntur.

2. Omnes Eccleſiaſtiſci & Laici, cujuſcunque nationis, in hunc

A hunc Ordinem recipi poterunt, modo iis, quæ ſequuntur, qualitatibus ſint præditi.

3. Prima eſt, ut Candidatus hujus Ordinis ſit vita, & moribus probus, inculpatus, nulla infamia notatus; nec ſuprà facultates, quas haberet, oberatus.

4. Altera, ut ſit legitimum matrimonio procreatus, exceptis filiis naturalibus Imperatorum, Regum, & Principum ſupremorum.

5. Tertia, ut prober, ſe nobili genere natum, uſque ad quartam generationem, aut demonſtret, ſe aut patrem ſuum ſupremum militiæ ducem fuſſiſſe; aut aliam eminentem dignitatem ſuo merito, & virtute obtinuſſe.

6. Quarta, ut annum ætatis duodecimum compleverit, antequam in hunc Ordinem admittatur, & decimum octavum, antequam aliquod munus ipſi committatur.

7. Hic Ordo conſtat Capite, duodecim Cœnobiarchiis, ſeptuaginta duobus Crucigeris magnæ crucis, Commendatoribus, & Equitibus.

8. Quoniam fundamentum, & ſcopus modò dicti Ordinis deſiderium in quibuſdam præſtantibus, & fortibus viris excitate poterit eum capeſſendi, quibus forte deest certa, & indubitata ſue nobilitatis documenta, illi in armorum ſocietatem recipiantur, modo aliis, quæ requiruntur, qualitatibus inſtructi ſint, neque quidquam commiſerint, quod Ordini deroget: atque etiam ſuis meritis Ordini præſtitis ex gratia ad majorem dignitatem pervenire poterunt.

9. In hoc Ordine diverſa officia conſtituentur, quorum aliqua Crucigeri magnæ crucis, alia Commendatores & Equites, quædam fratres, ſeu locii armorum, ſecundum officiorum illorum dignitatem exercebunt: prout ſpecialius determinabitur in primo Capitulo generali, quod intra triennium celebrabitur, eo loco, de quo inter ipſos conveniet, & qui aptiſſimus videbitur ad electionem ſupradicti Capitis, & aliorum præcipuorum Officialium Ordinis.

10. Quiſcunque offerent, ut in hunc Ordinem recipiantur, in eum tanquam Equites admittentur, ut poſtea ad alias dignitates evehantur: nihilominus donec Capitulum generale fuerit convocatum, recipi poterunt Cœnobiarche, Crucigeri magnæ Crucis, & Commendatores, ut Ordo viris dignis, qui illa munera adminiſtrent, compleatur: ſed poſt illud Capitulum generale nemo, quamvis eminenti loco conſtitutus, aliter quam per gradus modò dictos in eum cooptabitur.

11. Recipiendus in hunc Ordinem, poſt factam exhomologem, in templum, aut ſacellum à duobus ſenioribus Ordinibus, qui in eo erunt, introducet, & in genua provolutus, ſine gladio & pallio, ab iſdem coram eo ſitetur, qui Ordinem ipſi conſerendi poteſtatem habent; qui prius ſacramentum, cujuſ formula ad calcem horum ſtatutorum ſubiſcietur, ab ipſo exiget: deinde habitum inſtã deſcriptum, gladium & Crucem ei dabit, ipſumque amplectens, dicit: Recipimus te in Ordinem Equitum Militiæ Chriſtianiæ, ſub titulo B. Virginis, & S. Michaelis, ut ipſorum interceſſione S. Trinitas te confirmet in gloria nominis ſui, ad pacem Chriſtianorum, & liberationem eorum, qui ſunt oppreſſi ab infidelibus. Amen.

Quo facto, Eques ſurget, & duos, qui ipſum comitati ſunt, amplectetur, deinde cæteros omnes Ordinis ſocios, qui aderunt: & à duobus illis ad Altare ducetur, ut Miſſam religioſè audiat, & illa dicta communicet.

12. Hic Ordo pro inſigni habebit duas Cruces, unam auream, cæruleo colore pictam, ad cujuſ latus unum erit imago B. Virginis, Dominum noſtrum ſuis brachiis geſtantis, ad alterum S. Michaelis: atque hæc Crux collo geſtabitur faſcia ſericea cærulea, & auro tres digitos lato, tam à Crucigeris magnæ Crucis, & Commendatoribus, quam Equitibus: alteram ex holoferico cæruleo, auro intexto: in cujuſ medio erit imago B. Virginis, radius aureus circumfulſa, duodecim ſtellis coronatæ, Dominum noſtrum brachiis, & ſceptrum dextra tenentis, & Lunam creſcentem ſub pedibus habentis: circa quam erit ſumis S. Franciſci, & ex quatuor angulis modò dictæ crucis totidem flammæ aureæ prodibunt. Hæc crux ad latus ſiniſtrum pallii geſtabitur, tam à Crucigeris, & Commendatoribus, quam Equitibus, ita ut nullum ſit inter illas diſcrimen, niſi quorundam radiorum aureorum.

13. Die qua cæremonia peragitur, Crucigeri magnæ Crucis, Commendatores & Equites omnes habitum interiorum gerent candidum, cum gladio argenteo, vagina & zona candida: Crucigeri autem magnæ Crucis ſupra habitum illum

candidum dalmaticam ex tela aurea coccineis floribus conſperſa, manicis in medio ſectis, & uſque ad genua propendentem, candido multito ſuſſulam, & ſegmentis aureis ſimbratam geſtabunt: cui ſuperinjunctum magnum pallium ruſſum cum ſymate, candido ſerico ſuſſulato, limbo aureo prætextum, dextro latere apertum à ſummo ad imum, & ad humeriſ funiculo contorto alligatum, cum ſimbris ex ſerico coccino & auro, Pallium illud à ſiniſtra atrolletur, ne brachium & gladius impediantur. Deluper obtegenur pallio ex pellibus armelini maculoſis, quod uſque ad cubitum deſcendat. Suprà illud gerent magnum torquem Ordinis, quindecim ſanibus S. Franciſci & totidem ſtellis manu aurificis elaboratis contextum, in cujuſ ima parte Crux aurea, de qua paulò ante diximus, tribus cæruleis alligabitur: & in anteriori parte magni pallii altera illa, ex cæruleo holoferico & auro intexto facta. Pileum habebunt pelibus armelini maculoſis factum, cujuſ ora ex rubro coco didimidium pedem lata erit, aureo limbo ſimbrata, quatuor locis pari intervallo diſſectum, & undique replicatum: cothurnos geſtabunt ex corio rubro Hiſpanico, qui didimidium tibiam tegant, & orbiculis aureis ad latera claudantur.

14. Commendatores veſti candida imponent Dalmaticam ſericam cærulei coloris, multito candido ſuſſulam, limbo cæruleo ſimbratam: ſuprà eam geſtabunt magnum pallium cæruleum undulatum, candido multito ſuſſulato, cum pallio ex ſerico candido, inſtã quod magno pallio annectetur crux ex holoferico cæruleo, & auro intexto. Cothurni erunt ex corio Hiſpanico cæruleo, cum orbiculis ex ſerico cæruleo, eadem forma, quæ Crucigerorum magnæ crucis. Inſuper geſtabunt pileum pellium ex holoferico nigro, cum ſpira rotunda ex multito candido.

15. Equites ſupra habitum candidum geſtabunt Dalmaticam ex multito candido, ejuſdem coloris panno ſuſſulam, magnum pallium candidum undulatum, ſimiliter ſuſſulato, & palliolium ſericum cæruleum, inſtã quod magno pallio annectetur crux ex holoferico cæruleo auro intexto: cothurnos cæruleos cum orbiculis ex ſerico cæruleo: pileum ex holoferico nigro, cum ſpira candida, ejuſdem cum veſtibus modò dictis materia.

16. Fratres armorum geſtabunt in collo ſupradictam crucem encauſto pictam, cum funiculo contorto ex ſerico cæruleo, & ad ſiniſtrum latus pallii crucem ex holoferico cæruleo, qualis eſt Equitum, exceptis ſimbris, & textura auri, quibus carebit.

17. In unaquaque provincia, in qua Cruciger magnæ Crucis, & tres Commendatores erunt conſtituti, tria templa, vel ſacella locis diverſis fundabuntur, B. Virginis & Michaeliſ conſecrata, in quibus tres ſacellani Crucem Ordinis geſtantes, Miſſam omnibus diebus feſtis & Dominicis celebrare tenebuntur.

18. In iſdem provinciis erit domus, in qua conventus habebuntur, quoties negotia Ordinis id poſtulant; & illi, qui hujus ſunt Ordinis, hoſpitio excipientur.

19. In unoquoque duodecim cœnobiarchatuum Academia erigatur pro inſtitutione viginti quinque juvenum Equitum, cum in bonis moribus, tum ſcientiis & exercitiis honeſtis; qui quando triennium, aut aliquanto minus in iſis fuerint, iter facere, aut in navibus Ordinis mari ſe committere tenebuntur.

20. In ſupradictis provinciis, quotannis, ſacro die Jovis, ſex pauperes cærulea veſte in nomine B. Virg. tres rubra in nomine S. Michaelis, tres cinerea in nomine S. Franciſci donabuntur: poſtea Cruciger magnæ Crucis, aut eo abſente ſenior Commendatorum, præſentibus Equitibus provinciæ, qui in hunc ſinem convocabuntur, pedes pauperibus illis lavabit, H prædium præbebit, & in menſa miniſtrabit.

21. In iſdem provinciis, quotannis, die Aſſumptionis B. Virginis, ex quindecim pauperibus & honeſtis filiabus delectis tres forte legentur, quæ in matrimonium collocabuntur, ſingulis data quinquaginta librarum dote.

22. Qui in hunc Ordinem cooptabuntur ſingulis annis, diebus & feſtis Aſſumptionis B. Virg. S. Michaelis, ac S. Franciſci, peccata ſacerdoti conſiteri, & Euchariftiam ſumere tenebuntur: ſingulis diebus Sabbati Miſſam audient, quæ dum canitur, litaniae B. Virg. recitabunt, & in caſu legitimi impedimenti eleemoſynas quidam pro ſua pietate diſtribuent: ad hæc pridie feſtorum B. Virg. à caribus abſtinebunt.

23. Viduarum & orphanorum pecuniarum curam gerent, & Xenodochia ad minimum quatuor ſeris annis, & feſto Aſſumptionis B. Virginis viſitabunt, ſi in eo loco ſint, in quo poſſint hoc opus charitatis exercere.

24. Si quis ex ipſis in negotio ab Ordine ipſi demandato capiat, & in ſervitutem redigatur, ſumptibus communis ætati redimetur.